

VI. VIA SVBLACENSIS.

Sublacensem viam divertentem a Valeria ad eius lapidem c. XXXV inter Lamnas et Carsiolos sub Nerone principe primum stratam esse Frontinus (de aquis 7) auctor est. Idem (c. 14) scribit de aqua Claudia: *concepitur via Sublacensi ad mil. XXXVIII deverticulo sinistrosus intra p. CCC ex fontibus duobus amplissimis et speciosis Caeruleo . . . et Curtio.*

Qui locus cum proximus sit capiti aquae Marciae, huic Claudia saepe adiutorio fuit (cf. l. c. c. 7. 14). Item post alia c. 15 Frontinus ait: *Anio novus via Sublacensi ad mil. XLII in Simbruino excipitur ex flumine.* — Miliarium titulum eius viae unum solum habemus milia pariter atque apud Frontinum fit numerantem a Roma.

5971 *colonna posta in luogo detto volgarmente Intrafumera, ritrovata l'anno 1668 per la strada che va a Subiaco BARBER.* Prope Marano vicum (ut monstrat mappa Fabrettiana); columna aquarum impetus immota penitus excipiens adhuc extat super sua basi in ipso fluminis alveo via Sublacensi in hac parte alluvionibus immutata FABRETT. de aquis p. 94. Frustra quaesivit STEVENSON.

IMP · CAESAR
diui NERVAE · F · NERVA
TRAIANVS · AVGVSTVS
GERMANICVS · DACICVS
5 PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNICIA · POTESTATE
IMP · IIII · COS · V
RESTITVENDAM · CVRAVIT
XXXVIII

Cod. Barb. 34, 26: 'il Sig. Pietro de Nobili che era Governatore di Subiaco, la vide ed alla sua presenza furono lette le suddette lettere e registrate' eodemque omnino exemplo Fabretti de aquis (1680) p. 92, inscr. p. 413, 360. 688, 89, quem in titulo lavando et legendo adiuverunt Io. Bapt. et Petrus de Maximis filii Fabricii oppidi Arsularum domini (inde Vulpi Lat. vet. 10, 2, 668; Nibby *memorie Romane* 4 p. 48).

2 hiatus non indicatur. — 7 v om. Barb., supplevit fortasse coniectura Fabrettius.

VII. VIA CLAVDIA VALERIA. *Cerfennia Aternum.*

Cum supra p. 586 viderimus Tiberii aetate Valeriam terminum habuisse ad Corfinium, postea Claudius imperator eam continuavit a Corfinio ad ostia Aterni viamque a bivio Valeriae ad Cerfenniam, de quo supra (p. 586) diximus, ad Aterni ostia ex parte veterem, ex parte novam nomine Claudiae Valeriae nuncupavit. Miliaria apparet numerari a Cerfennia; mansiones hae sunt.

| | | |
|---|--------------------|--------------------------------|
| <i>Cerfennia ad montem Imeum</i> (v. p. 204) | | <i>m. p. V</i> |
| <i>a monte Imeo Statulas</i> (v. p. 204) | <i>m. p. [III]</i> | <i>a Cerfennia m. p. IX</i> |
| <i>a Statulis Corfinium</i> (v. p. 204) | <i>m. p. VII</i> | <i>a Cerfennia m. p. XVI</i> |
| <i>Corfinio Interpromium</i> (v. p. 204. 286) | <i>m. p. XI</i> | <i>a Cerfennia m. p. XXVII</i> |

5972 columna miliaria rep. non longe ab ecclesia S. Clementis de Casauris ad pontem viae; extat ibi prope in villa baronis Torino.

D N · FL · CLAVDIO IVLIANO
I/////////PATONR/////////RVN/
/////////P/////////

Dressel descripsit.

| | | |
|---|--------------------|-------------------------------|
| <i>Interpromio Teate</i> (v. p. 204. 286) | <i>m. p. XVII?</i> | <i>a Cerfennia m. p. XLIV</i> |
|---|--------------------|-------------------------------|

5973 [= 6256] nuper rep. M p. sub Teate ad Aternum fl. in praedio Iosephi de Letto ICTi Teatini extra portam S. Andreae proxime ab ea HOLST. similiterque CAM. NICOL. Dubitare se num extet ait ALLEGRAZZA *Nov. Fior.* 1754 p. 143.

TI · CLAVDIVS
CAISAR
AVG · GER · PONT · MAX
TRIB · POT · VIII · IMP · XVI
5 COS · IIII · P · P · CENSOR p. c. 48/9
IAM · CLAVDIAM · VALERIAM
A · CERFENNIA · OSTIA · ATERNI
MVNIT · IDEMQVE
PONTES · FECIT
10 XLIII

Quod ait antiquissimus auctor Pontanus de asp. l. I (ed. 1538 p. 49) 'in urbe Theate legitur CAISARIS nomen per AI, non AE scriptum', ad hunc titulum refero, quamquam plene is non innotuit nisi saec. XVII medio. Die 30 Nov. 1647 ad Donium scripsit Holstenius (epist. ed. Boissonade p. 391) sic: 'in questo mio viaggio (peragraverat Aprutium Marrucinos Paclignos) ho buscato alcune memorie circa la via e provincia Valeria, principalmente della continuazione di detta strada a Cerfennia usque ostia Aterni fatta da Claudio imp., che la chiamò IAM·CLAVDIAM·VALERIAM'. Idem Holstenius adnotavit titulum ad Cluver. (1666) p. 154 cf. p. 144 (inde Fabrett. 473, 420). Habent item aequales Teatini Camarra 1651 p. 73 (ex eo Reines. 3, 80 a Graevio; Sponius p. 200 e Camarra; Donat. 210, 8 e Sponio) et non ex Camarra Nicolino 1657 p. 9 (inde Gudius ms. 798, 1, ed. 87, 5; Mur. 226, 3 ab Io. Bern. Tafurio). A prioribus sumpserunt Pollidorus ms. f. 42,

qui auctorem laudat Sinibaldium Baroncinium (cf. supra p. 282) fraude, nam apud eum non legitur, et Revillas, qui misit Muratorio Roma 7 Apr. 1736 repertam sine dubio in schedis.

1 TIB · Nic. — 2 CAESAR Nic. Rev. — 3 PON · Nic. — 4 POT · VIII · IMP · XXV Nic. — 5 CONS Nic. — III Poll. — 6 sq. evanidos esse ait Nic. — VALERIAM Holst. Poll. — 7 AD PRO A Rev. — ATERNI Holst. Poll. — 8 MVNIT Rev.

| | | |
|---------------------------------------|------------------|------------------------------|
| <i>Teate Aternum</i> (v. p. 204. 286) | <i>[m. p. X]</i> | <i>a Cerfennia m. p. LIV</i> |
|---------------------------------------|------------------|------------------------------|